



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XI. De Praenosticatione Belli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## ANIMADVERSIO.

(a) Causam hujus belli subiectet. Illa verò non fuit alia , quam quod Cruciferi Pomeraniam sibi vindicabant, & eam ob causam Joannem Regem Bohemiæ contra Polonus precibus excitaverant. Joannes Ius in Poloniæ (post deceplum Venceslai Regis Bohemiæ, qui etiam in Regem Poloniæ Gnesinæ erat coronatus) prætendens, avidè occasione hac arreptâ, conjunctisque cum Ordine Teutonico copiis Dobrinensem arcem cepit. Vladislaviam exusit, Cechocinense territorium, quod in ditione erat Episcopi, occupavit: Pomeraniam denique, in quam tamen ipsi nihil juris erat, Cruciferis dono dedit. Hanc injuriam Vladislao Loetico ulturus, Culmensem Provinciam ferro & igni vastavit. Treugæ illæ, quas vocat, sive induciæ, jam post devastatam Culmensem Provinciam sunt constitutæ, ut interea de Pomerania, Carolo Hungarorum & Joanne Bohemorum Regibus arbitris, inter Polonus & Cruciferos transigeretur. *Vid. Martinus Cromerus, & Salomon Neugeb. in Vladislao Loetico ad dijct. annum. Conf. Et ea quæ supra diximus ad Dnsburgii part. 3. cap.*

## CAP. XI.

*De  
Prænósticatione Belli.*

**A**nno Dn. MCCCXXIX. ultima die mensis Januarii in ipsa nocte quæ præcessit vigiliam Purificationis B. Mariæ, quidam Pruthenus vigil in castro Girdaviæ vigilans, audivit tonitrua & coruscationes, & posthæc vidit in aëre innumeros viros enses evaginatos vibrare; deinde vidit lucem maximam in quatuor plagiis terræ, & in medio lucis crucem fulgidam, cuius summum brachium ad Occidentem; post hoe brachium dextrum ad Meridiem; & sinistrum ad Aquilonem. Tandem venit turbo magnus, qui involvens hæc omnia, secumduxit versus Orientem in Lethoviam. Et tum disparuerunt omnia.

CAP.

